

De Sancto

inflammationem **Isay. vi.** Volauit ad me vnus angelus d' seraphin. Cherubin mittunt ad scientie eruditionem. hoc significatum est **Apoca. xij. ca.** in angelo qui habebat librum in manu. Throni mittunt ad iudicij informationem. Habent namq; ipsi throni iudices informare vt legem intelligant. **Actu. viij.** Accepistis legem in dispositione angelorum. Dominatōnes mittunt ad sensuū sub dominio rationis subiugationem. hoc significatū est **Gen. xvi.** vbi angelus dixit agar ancille vt ad dñam suam rediret et se sibi humiliaret. Virtutes mittunt ad miraculorū opationē. hoc significatū est in angelo raphael. qui rhabiam illuminauit et filiū a deglutōe piscis eripuit. Potestates mittunt ad temporiorum et demonū repressiōē. hoc significatum est **Apoca. xx.** in angelo qui sua catixna demonem et eius potentiam colligauit. Principatus mittunt ad principum instructionem. hoc significatū est **Dani. x.** vbi ponunt tres principes. scz p'saz. grecorū et iudeorū. Archangeli mittuntur ad singulorū rectorū eruditionem. et maiorū reuelationem. vnde archangelus Gabriel zachariam docuit et natiuitate christi nūciauit. Angeli vō mittunt ad singulorū p'sonarū defensionem et minorū reuelationē et animarū deportationem. **Luce. xvi.** Factum est vt moreret mendicus et portare ab angelis in sinum abrahe

De sancto Iheronimo
Sermo primus.

Vistum deduxit dominus p vias rectas. **Sap. x.** Presens verbum potest exponi de beato Iheronimo qui vere iustus erat et multas vias fecit. in quibz vix dñs eum deduxit. Prima via est qua de patria sua romā venit et ibi sibi quatuor acciderunt. Primo ibi assensus est omnīū scientiarū magnā pfectōz

Iheronimo

Nam in grāmatica magistrū habuit doctum. in rethorica victorinū. qui tante fame ac scientie exiit q; imaginē in foro rome sibi promeruit. Secundo magnam p'motionem qz cum ipse esset triginta annorū cardinalis presbiter est ordinatus et mortuo papa dignus summo pontificio ab omnibus acclamatus. Tercio passus ē magnam p'secutōz. qz cum ipse quorūdā clericorū et monachorū vicia reprehenderet ipsi ei insidias parauerūt et p vestem muliebrem ei turpiter illuserunt. Vñ seuerus ait. Sancto Iheronimo iugis aduersus malos fuit pugna. Oderūt eum heretici qz eos impugnare non desinebat. oderūt eum clerici qz eorū vitam insectabāt et crimina. sed reuera omēs boni euz amiranē et diligunt. Istas namq; p'secutiōes ferebat patienter. Vñ dixit. Malefici in me garriunt. sed scio ad regnū celoz pueniri p infamiā et bonam famam. Ferebat gratanter. vnde in epistola ad asellam sic ait. Gratas ago deo qz suz dignus habitus quem oderit mundus et pati ppter xpm. Ferebat desideranter. Et idcirco dicebat. Vnam ob domini mei nomen. infidelū turba me psequere. vtinā in obprobriū meum solidius insurgeret hic mūdus vt tantū merear a christo laudari et sue pollicitatiōis sperare mercedem. Grata quidē et desiderata temptatio est cuius premiū a christo sperat. Vñ autē istas p'secutiōes sustinuit patienter. gratanter. desiderāter. qz sciebat verum christianum p'secutiōes pati debere. Vñ ipse ait in epistola ad hylodōz. Eras frater eras si putas christianum vnq; p'secutiōem non pati. tunc maxime oppugnaris si te oppugnari non sentis. Quarto rome passus est a deo magnam flagellationē. sicut ipse refert in epistola ad eustochium. cum ipse esset adulescens seculares sciētiās nimis ardēter legebat. Et circa hoc sicut ibidem refert in quatuor peccabat. Primo qz totū tēpus

De Sancto

rali lectioni dabat. de die tullium. de nocte legens platonem. Secundo quia lecturus tullium ieiunabat. lecturus autem eius angelum non abstinebat. Tercio quod post lacrimas penitentie legebat libros secularis scientie. cum potius tunc sacri libri ei fuissent legendi. Quarto quod stilum sacre scripture vilipendebat. et sibi tullianam eloquentiam preponebat. Ideoque dominus eum graui infirmitate percussit. et cum sibi erequie pararent subito ante tribunal iudicis est perductus ubi a iudice cuius esset patrionis est interrogatus qui christianum se esse respondit. Cui iudex ait. Venit is Ciceronianus es tu et non christianus. Tandem quod de cetero litteras seculares non legeret ad corpus reductus est. Unde dicit idem super ad Galath. Plus quam quindecim anni sunt. ex quo nunc in manus meas gentilium litterarum actor ascendit. Sed si quid obrepit dum loquimur velut antiqui pernebulam somnii recordamur. Secunda via est qua de roma constantinopolim est profectus. ubi gregorium nazanzenum magister habuit et doctorem. Hic namque est ille gregorius de quo loquitur idem iheronimus in prologo super apologeticum quod due speciosae puellae sibi legenti. una in dextera. et alia in sinistra apparuerunt. quas ipse toruo vultu que essent percutiebat et inquirebat. At ille familiariter eum repugnantes amplectentes et tenentes dum surgere vellet abire. dixerunt. Ne moleste feras et accipias iuuenis. Tibi namque familiares sumus. et una ex nobis sapientia. altera castitas dicitur. et misse sumus a deo habitare tecum. quod iocundum nobis et mundum in tuo corpore habitaculum preparasti. Et quod gregorius nazanzenus ista excellenter habuit. scilicet sapientiam et mundiciam. ideo beatus iheronimus ista duo ab eo didicit. Unde ipse seuerus ait. Iheroni. non solum latinis et grecis sed etiam hebraeis litteris ita instructus fuit. ut se illi in omni sci-

Iheronimo

entia nullus audeat comparare. Etiam beatus iheronimus habuit carnis mudiciam quod virgo dicitur extitisse. Quia enim in sacre doctrine et diuine scripture studio tam studiosus erat. ideo abhorrebat carnis vicia et voluptates que huiusmodi vicioz cause sunt. Unde ait ad Rusticum monachum. Alma scientiam scripturarum et carnis vicia non amabis. Tercia via fuit quando de constantinopoli ciuitate in siriam est profectus ubi iheronimum petijt. et ibidem quatuor annorum spacio in arassima penitencia se affixit. sicut ipse ostendit in epistola ad eustochium. Ibidem namque durum habuit habitaculum. Unde ait. Quotiens solitarius in illa vasta solitudine. que exusta ardoribus solis horrendum prestat monachis habitaculum putauit me romanis interesse delicijs. et serui delicatis cibarijs. Durum habitum. Unde ait. Horrebant sacco membra deformia squalda cutis sicutum ethiopice carnis obduxerat. Durum lectum. unde subdit. Si quando repugnantem somnus imminens oppressisset. nuda humovix ossa herentia collidebant. Durum cibum et potum. unde subdit. De cibis vero et potu raceo. cum etiam languentes aqua frigidavrant et coctum aliquid accepisse luxurie sit. Et tamen post tale tantam asperitatem vir sanctus in carne sua aliquam adhuc sentiebat rebellionem. Unde subiungens ait. Pallebant ora ieiuniorum et mens desiderijs esuabat. et tamen in frigido corpore solita libidinum incendia pullulabant. Sed ista incendia per quatuor refrenabat. sicut in eadem epistola ostendit. Primo per lacrimosam orationem. Unde ipse ait. Itaque omni auxilio destitutus ad ihesum iacebam pedes. rigabam lacrimis crine tergebam. Per laborum occupationem. Unde ait ad rusticum. Cum essem iuuenis et incentiu vicioz crebris ieiunjs frangerem. tamen mens cogitationibus esuabatur.

F. 14.

De Sancto

ad quam edomandam cuidam hebreo me in discipulum tradidi ut discere hebraicum alfabetur. Per carnis macerationem. vnde ipse ait Repugnantem carnem edomada inedia refrenabit. Per scripturarum feruorem. unde quod in se expressus fuerat hoc rustico monacho dicebat. Ama scientiam scripturarum et carnis vicia non amabis.

Quarta siquidem via fuit quod pacta penitentia ad bethleem rediit et ibi monasterium constituit in quo per quinquaginta sex annos totam vitam suam circa quatuor expendit. Primo circa scripturarum diuinarum interpretationem et expositionem. *Ihudo. in li. ethimo.* Iheronimus trium linguarum peritus erudit cuius siquidem interpretatio ceteris antefert interpretacionibus quoniam et verborum tenacior est et perspicuitate sententie clarior ut potest a christiano interprete verior. *Augu. contra iulianum.* Non pretenendum arbitris sanctum iheronimum qui greco hebraico et latino eruditus eloquio in locis sanctis et litteris sacris usque ad eandem decrepitam virum. Secundo circa huiusmodi susceptionem. unde ait contra iulianum In monasterio hospitalitati ex corde intendimus et omnes ad nos venientes preter solos hereticos letamur suscipimus atque venientium pedes lauamus. Tercio circa corporis sui macerationem. nam adeo se afflixit ieiunando orando et scribendo ut in suo stratu iacens fuisse ad trabem suspensum manibus erigere superius. ut officium monasterii exhiberet. Quarto circa officium ecclesiastici ordinacionem. Damasus enim papa ad preces theodosii imperatoris rogauit iheronimum ut officium ordinaret diuinum qui psalterium per ferias distinxit. et versiculum illum Gloria patri etc. in nicena synodo positum in fine psalmorum dicendum instituit. et epistolas et euangelia prout per anni circulum dicendum ordinauit quod quidem officium dicendum et legendum papa approbavit et ab omni ecclesia seruandum demandauit.

Iheronimo

De eodem

Sermo. ij.

Ecce quod bonum et quod iocundum habere fratres in vno etc. *Psalm.* Super hoc verbum sic dicit *Augu.* Iste velut dulcis sonus et suavis melodia toti orbi nonissimus ut tuba spiritus sancti diuites corpore congregauit in vnum et monasteria plurima peperit. Beatus autem iheronimus fuit monachus perfectus. Et quod ad hoc sibi conuenit quod dicitur. Ecce quod bonum et quod iocundum etc. Fuit etiam cardinalis reuerendus et quantum ad hoc sibi competit quod dicitur. Sicut vnguentum in capite etc. Fuit et doctor egregius et quod ad hoc sibi competit. quod subdit. Quomodo illuc mandauit dominus benedictionem etc. Circa primum est notandum quod tria sunt que faciunt monachum perfectum. scilicet vite bonitas. ideo dicitur. Ecce quod bonum. et mentis iocunditas. id subdit. Et quod iocundum. et cordium vnitatem. ideo subdit. Habitate fratres in vno. Nam igitur in ipsa religione est bonitas et sanctitas et vnitatem. tunc ipsa religio est deo gratum habitaculum. *Matth. xviij. ca.* Ubi sunt duo vel tres congregati et cetera. Est angelo magnum solacium. *Psalm.* Preueniunt principes. id est angeli diuini psallentes. id est religiosi deum laudantes in medio iuencularum. id est feruentium animarum. et in psalteriis. id est corporum mortificatorum. Est homini magnum presidium. *Prover. xvij.* Frater qui inuaf a fratre quasi ciuitas firma. *Eccles. iij.* Melius est duos esse simul quam vnum et cetera. Est etiam diabolo magnum tormentum. Unde dicitur de congregacione sanctorum. Terribilis ut castrorum acies ordinata. Iocunditas autem in religione causatur a gratia societate. *Eccles. xxv.* In tribus beneplacitum est spiritui meo. que quidem sunt probata gratia coram deo et hominibus scilicet concordia fratrum. amor proximorum. vite et

mulier sibi bene consentientes. Tunc nā
q̄ est grata societas. q̄n fratres exterius
inter se habent concordiam et pacificā puer-
sationem. et intus habent verā et non fictam
dilectionem. et ideo dicitur concordia fratrum et amor
primorum et q̄n prelati habent ad subditos
magnam benivolentiā. et subditi ad prela-
tos veram obedientiā. et ideo subdit. vir
mulier sibi bene consentientes. Per vi-
z nā q̄ intelligit prelati qui debent subditos
suos docere legem. Et per mulierē intelli-
gunt subditi qui debent prelati suis hu-
militer obedire. Unitas autē in religione
causatur ex eo q̄ materia diuisionū inde au-
ferretur. Diuisiones enī et discordie causan-
tur ex auaricia. i. **Libro. v. Radix omni-
um malorum est cupiditas.** Causantur ex sup-
bia **Prover. xij.** Inter superbos semp iur-
gia sunt. Causantur propter carnalem cupi-
scentiā **Iaco. iij.** Unde bella et lites in vo-
bis. nonne ex cupiditate vestris que mi-
lunt in membris vestris. In religione au-
tem elictorum paupertas. et ideo non debet ibi
esse aliqua diuisio ex radice auaricie. Est
verū obedientie ideo non debet ibi esse diui-
sio ex radice superbie. Est verū castitatis. id
non debet ibi esse diuisio ex radice carna-
lis cupiditatis. Istam unitatem beatus
Iheronimus habuit. q̄ paupertatem et hu-
ilitatem tenuit. et castitatem seruauit. **Secū-
do** fuit cardinalis reuerendus. ideo pro-
pter sibi q̄ dicitur. Sicut unguentum in capite
rē. Caput quidē est summus pontifex in
quo est unguentum. i. auctoritas et velle dñi.
Et dicitur auctoritas prelatorum unguentum. q̄
quodam unguentum est dulcoratiuum. et q̄d-
dam mordificatiuum. et vtrumq̄ est sanati-
uum. sic et p̄as prelatorum debet esse dulco-
ratiua quo ad bonos. et mordificatiua quo
ad malos. et sanatiua quo ad omnes. q̄
in beatorum aug. siue plectendo siue igno-
scendo hoc solum inde agitur vt vita ho-
minum corrigatur. Istud caput habet bar-
bam. vestimentum. et oram vestimenti. Bar-

ba eius sunt cardinales sibi ceteris prela-
tis viciniores. Est autem barba sibi glo-
iudicium discretionis. maturitatis. virili-
tatis. et alacritatis. q̄ ipsi cardinales cir-
ca causas sibi pmissas debent esse discre-
ti in discretis causarum examinatione. matu-
ri in matura causarum ponderatione. viri-
les in digna correctione. alacres in benigna
exhortatione. vt illos quos puniūt be-
nigne ad patientiam exhortent. **Al** capite
igitur primo fuit unguentum in barbam
quia summi pontificis auctoritas primo
reducitur in ipsis. deinde fuit in vestimentis
id est in alios prelatos qui post ipsos sunt
maiores. et ecclesiam debent ornare per ho-
nestos mores. Deinde fuit in oram vesti-
menti. id est in alios prelatos minores et
inferiores. Et quia Iheronimus fuit car-
dinalis. ideo fuit barba summi pontificis
in quam fluxit unguentum auctoritatis et
iurisdictionis. **Tercio** fuit doctor egregi-
us. quod notat cum dicit. Illic id est in
beatum Iheronimū mandauit dominus
benedictionem. Sancti enim doctores ha-
bent benedictionem gratie **Prover. xj.** Qui
abscondit frumentum maledicet in populis.
benedictio super caput euentium. Habet
etiam vitam eterne glorie. **Danielis. xij.**
Qui ad iusticiam erudiunt multos quasi
stelle in perpetuas eternitates. Sed reue-
ra ista duo non habet omnes doctores sed
enī illi qui docent verbo et exemplo. Sunt
namq̄ quidā doctores delicati. quorum tria
genera beatus Iheronimus distinguit. Qui
dam enim sunt doctores gulosi qui nō do-
cere volunt abstinentiā. De hijs ad Ielio-
dorum dicit. Delicatus magister est qui ple-
no ventre de ieiunijs disputat. Alij sunt
formidolosi qui tamē volunt alios anima-
re ad pugnam. Alij sunt deliciofi qui tñ vo-
lunt in cruentato milite reprehendere for-
midinem et ignauiam. Alij sunt luxuriosi
qui tñ reprehendunt in fornicatore cubi-
tum. De hijs doctoribus predictis ait ad

De Sancto

Pharmachium. Delicata doctrina est pugnantius dictare de muro et cum vnguentis ipse delibutus sit cruentum militem accusare formidinis Iheronimus vero non fuit magister delicatus. quia non fuit gulosus sed magne abstinentie. Unde dicit ad eustochium. Repugnantem carnem ob dogmata inedia subigebam. Nec fuit formidolosus sed magne presentie. quia nec laudibus movebatur per ineptam leticiam nec virupationibus per impatientiam. unde dicit in prologo super Iesaiam. Nec affectamus laudes hominum nec virupationes eripauimus. Nec fuit deliciosus sed vita austerus unde ait ad eustochium de se et fratribus suis qui secum degebant. de cibo et de potu raceo cum etiam languentes aqua frigida utantur et coctum aliquid accipe luxurie sit.

De eodem Sermo. iij.

Amicus fidelis pretio fortis qui autem inuenit illum inuenit thesaurum. eccle. xxi. Amici fideles et in amicitia fortes et omni thesauro preciosiores fuerunt Iheronimo. et augustinus. Dicit autem Iheronimus in prologo super bibliam. Vera enim illa necessitudo est et christi glutino copulata quam non utilitas rei familiaris. non presentia corporum non subdola et palpans adulario sed dei timor et diuinarum scripturarum studia conciliant. Isti ergo sacri doctores in vera amicitia sunt coniuncti non propter aliquam temporalem utilitatem. quia veritatem puram semper sibi mutuo scripserunt. sed propter dei timorem et diuinarum scripturarum amorem. quod ei fuerunt amicitia spirituali coniuncti per multa signa apparet. Primum namque signum vere amicitie est quod amicus suum amicum iratum mori reconciliat. Istud signum beatus Augustinus ad sanctum Iheronimum habuit scribens ei. Si quid vere me tenere vel scio vel credo vel etiam puto in quo tu aliter sentis sine tua iniuria conabor asserere. quod autem pertinet ad offensionem tuam cum te indignatum sensero nihil aliud quam veniam deprecabor. Secundum

Iheronimo

est quod amicus ab amico replendi affectat. Istud signum habuit augustinus ad Iheronimum scribens ei. Ledis enim me si tacueris errorem meum quem forte inuenies in libris et dictis meis nam et ego amicissimam reprehensionem tuam si tranquillus accepero non dolebo. melius tuamque tumor capitis dolet cum curatur. nam dum ei presens non sanatur. hoc est quod acute videtur qui dixit utiliores esse plerumque inimicos urgentes quam amicos obiurgare meruentes. Illi ei dum rixantur dicunt vera que corrigam. isti vero minorem quam oportet exhibent iusticie libertatem dum amicitie timere eraspere dulcedinem. Quapropter et si es ut tibi videris lapsus forsitan senectute corporis non vigore animi in area diuina fructuoso labore desudas. Ecce presto sum. Si quid propterea dixi fortis? fuge pedem non mihi debere esse molestum pondus etatis tue dummodo propter paleam culpe mee. Tercium est quod amicus omni occasione inimicitie et offensionis vitare refecat. Istud signum habuit beatus Iheronimus ad sanctum augustinum scribens ei. Superest ut diligas diligentem. et in scripturarum capto iuuenis senem non pueros. nos nostra habuimus ipsa et cucurimus quantum potuimus? nunc te currere et longa spacia transmeante nobis desit otium. Quartum est. quod amicus amico omnia secreta reuelat. Istud signum habuit beatus Iheronimus ad augustinum scribens ei. De amicitia omnis tollenda suspicio est. et sic cum amico quasi cum altero se loquendum. De isto etiam signo scribit beatus augustinus e converso ad Iheronimum. Cum loquor caritate christiana fratrum atque mihi fidelem amicum fratrem meum sentio quicquid ei per filiorum meorum cogitationum permitto. sed non hoc permitto illi in quo manet. ut sit talis. Deus enim caritas est. et qui manet in caritate in deo manet et deus. Quintum signum est quod amicus amicum absentem et ignotum facie amat. et isto signum beatus augustinus ad Iheronimum habuit scribens ei. Si enim propterea te non nouimus. quia faciem corporis tui non videmus. hoc modo nec ipse te

nostri. nam tu quoque faciem tuam non vi-
des. Si autem tibi non ob aliud notus es mi-
hi quam nostri amicum tuum. et nos enim non me-
diocriter nouimus ex litteris tuis quibus
deum benedicimus. quibus nobis ex omnibus
qui tua legunt tale dedit. Sextum signum
est quoniam amicus amici absentiam moleste por-
tat. Illud signum augustinus. ad iheronimum ha-
buit scribens ei. Nihil equidem molestius
fero in omnibus angustiis meis quas pari-
or quam tam longinquam tue caritatis absenti-
am. cum si fieri posset quoridie te presentem ha-
berem. Septimum signum est quoniam amicus
de amico frequenter loquitur et libenter eum
notat. Illud signum iheronimus. ad augustinum. habuit.
scribens omni tempore. beatitudinem tuam eo quo
deceret honore veneratus sum. et huiusmodi
in te dilexi dominum saluatorem. Sed nunc si fi-
eri possit aliquid addimus et plenius ut abs-
que tui nominis mentione nec unam quidem bo-
nam pretereire pariamur.

De eodem. Sermo. iij.

Nemo accendit lucernam et ponit in
absconditorio. Lu. xj. Sicut pec-
cator de tenebraque omniaque in
eo sunt tenebrosa sunt. sic vir iustus de lu-
cerna fulgida. quia omnia que in eo sunt lucida
sunt. Ideo in presenti euangelio de beato ihe-
ro. quatuor ostenduntur. Primo namque ha-
buit lucidam sapientiam et doctrinam. quod nota-
tur in hoc quod ipse vocatur lucerna accensa.
Ista enim lucerna radios sue sapientie non ab-
scondit neque occultat sed per totum mundum
diffudit. ideo subdit. ut luceat omnibus
qui in domo sunt. Sap. vij. Quam fine fic-
tione didici et sine inuidia conico. et honesta-
tem illius non abscondo. Prius enim dicit
se didicisse. et postea promississe. Didicit
autem ipsam multipliciter. Primo audiendo.
Audiuit enim donatum in grammatica. victori-
num in rhetorica. gregorium nazanzenum in
theologia. Unde ipse dicit ad heliodorum.
Dum essem iuuenis miro feruebam discendi
ardore. nec iuxta quorundam presumptio-

ipse me docui. Audiendo autem plus pro-
ficiamus quam legendo. Unde ipse dicit super
ad Gala. Scriptura edificat lectionem. sed ma-
gis prodest si de lectionis veritatibus inuoces. Se-
cundo didicit legendo. Augustinus. pro iuliano
num Sanctus iheronimus. omnes vel pene om-
nes qui ante ipsum de doctrina ecclesiasti-
ca scripserunt legit. Ipse autem iheronimus. dicit
contra iouinianum. Operis ac studij mei est
multos legere ex plurimis diuersos flo-
res sic carpam que bona sunt electurus.
Ideo dicit ad nepocianum. Diuinas scri-
pturas sepius lege. immo de tuis mani-
bus sacra lectio nunquam deponatur. Ter-
cio didicit meditando. quia die ac nocte me-
ditabatur. ps. In lege domini meditabitur
die ac nocte. Ezech. iij. Comede volu-
men istud. Cibo enim quando comeditur
masticatur. deinde sic in stomachum trahi-
tur. unde digestus in membra diriuatur
sic tandem incorporatur etc. Sancti doc-
tores verbum dei masticant frequenter medi-
tatione. et trahunt in stomachum memo-
rie. et diriuant in subditis suis per assidui-
tatem doctrine. et eis incorporant per ex-
plum vite. Quarto didicit proferendo. Un-
de ait ad augustinum. in epistola. Tristes hec di-
craimus ut mereremur proplexus tuos. et
collatione mutua doceremus aliquid vel
disceremus. Quinto didicit abstinendo.
quia magnam abstinentiam faciebat. et cor-
pus suum ieiuniis macerabat. quia sicut
ipse dicit ad heliodorum. Pinguis ven-
ter non gignit tenuem sensum. Sexto vi-
ditur usque ad senectutem sacris litteris in-
sistendo. Unde de eo dicit augustinus. quod
in locis sanctis et litteris sacris usque ad de-
crepitam etatem vixit. Nam sicut ait idem
Iheronimus ad augustinum. ad discen-
dum quod opus est nulla mihi eras sera
videri potest. quia etsi senem magis dece-
at docere quam discere. Magis autem decet
discere quam ignorare. Quanto autem ihe-
ronimus senior erat. tanto et solidiores

sententias pferbat. vnde ait ad Augu.
Nemēto vulgaris puerbij. q̄ bos las-
 sus fornter figit pedem. Scdo habuit lu-
 cidam famam. qd notat p hoc q̄ dicitur
 lucerna sup candelabz posita. Eise autēz
 supra candelabz ecclesie tribz modis pōt
 intelligi. Vel q̄tum ad officium quia est
 doctor vniuersalis. vel q̄tum ad vite me-
 ritū. qz fuit eminentis virtutis. Et ppter
 ista duo totū mundo erat notissimus. **U**n-
 dicit de eo Aug. q̄ ipse tanq̄ lampas ab
 oriente in occidētē instar solis respēdit
 Vel potest accipi q̄tum ad gradus subli-
 mitatem qz fuit in ecclesia dei p̄sūter car-
 dinalis. Tales em̄ sunt in ecclesia sancta
 sublimādi qui vita ⁊ doctrina sunt lucidi
 Sicut em̄ deus luminaria in celo posuit
 ⁊ bruta animalia in terra dimisit. sic ⁊ do-
 ctiores luminosi essent in ecclesia p̄mouē-
 di ⁊ bruta es homines relinquendi. **T**er-
 cio habuit lucidam intentōē ⁊ p̄scientiā
 cum dō. Si oculus tuus fuerit simplex.
 totum cor tuū lu. erit. Et dicit ibi corpus
 vniuersitas opey. Sicut enim corpus iu-
 ris dō vniuersitas legum. ⁊ corpus ciui-
 tatis vniuersitas ciuū. ⁊ corpus natura-
 le vniuersitas membrorū. sic corpus mor-
 tale dō vniuersitas opey. Si igit̄ oculus
 intentōis fuerit purus ⁊ rectus oia opa
 eius erunt pura ⁊ recta. Isti aut̄ oculo in-
 tentōis quatuor sunt nociua. scz fumus
 supbie. **P**rouerb. x. Sicut acētū denibz
 sic ⁊ fumus oculis ⁊c. Fluxus humorū lu-
 xurie **E**zech. xxiij. Sicut fluxus equorū
 fluxus eorū. Puluis auaricie. **p**sal. Ocu-
 los suos sta. decli. in ter. Ignis iracundie
psal. Supcecidit ignis ⁊ non viderunt
 solem. nullo tamen istorū modorū oculus
 beati **I**hero. ledi potuit nec fumo supbie.
 qz valde humilis fuit. nec puluere auari-
 cie qz omnia terrena p̄p̄sit. nec igne ira-
 cundie qz patiens fuit. nec etiam fluxu lu-
 xurie qz virginitatem seruauit. Et q̄uis
 dicat i epistola ad p̄machū virginitatē

in celū effero non qz habeo sed magis mī-
 roz qd non habeo. **C**redit tñ q̄ ex humi-
 litate hoc dixerit. ⁊ forte virginitatez. iō se
 habere non reputabat qz carnis incēna
 sepe p̄p̄sus fuerat. **U**nde ait in epistola
 ad rusticū monachū. **N**e nobis qui quoz
 tiens p̄cupiscimus toriens fornicamur.
Et p̄ra **I**ouinianū sic ait **I**lla v̄ginitas
 hostia xpi est cuius nec mentes cogitatio.
 nec carnem libido maculauit. **E**x quibus
 verbis satis colligit̄ ex quo sensu dixerit
Ne virginitatem non habere. **Q**uattro ha-
 buit lucidā vitā cum dō. Si ergo totum
 corpus tuū lucidū fuerit ⁊c. **I**lla namq̄
 opa sunt lucida que ab oī amore terreno
 sunt purgata **S**unt aut̄ quedā terrena in
 quibz homo hz solā am̄mistrationē sicut
 bona ecclesiastica ⁊ ista relinquere ē p̄fec-
 tio magna. quedā vero sunt que hō possi-
 det p̄ hereditariā successionē sicut sunt bo-
 na paterna. ⁊ ista relinquere ē p̄fectio ma-
 ior. quedā vero sunt que possidet p̄ p̄p̄iū
 studiū sicut sunt bona p̄p̄iis laboribz ac-
 quisita. ⁊ ista relinquere est p̄fectio maxi-
 ma. **B**eatus vero **I**hero. ante p̄fectionis
 fuit q̄ reliquit bona ecclesiastica. qz cum
 esset cardinalis. officio ⁊ beneficio cessit.
Reliquit paterna bona qz oēz hereditatē
 deseruit ⁊ ob amorē ap̄loz romam venit.
Bona v̄o p̄p̄iis manibz acquisita si ha-
 buisset reliquisset. vnde dicit in plo. **J**ob
Si aut̄ ficellā iūco tererē. aut palmarum
 folia p̄plicarem vt in sudore vultus mei
 resceret pane meo nullus reprehenderet.
Nūc aut̄ qz iuxta sniam saluatoris volo
 opari cibū qui non perit. error mibi geni-
 nus crescit ⁊ infigit̄.

De sancto Francisco p̄fessore.

Sermo primus.

Qui sanctus est
 sanctificet adhuc ⁊c. **A**m. xxiij.
Sc̄i viri q̄tūcūqz sunt sc̄i corde. nullo
 min⁹ sc̄ificari volūt in corpe. ij. **C**oz. vij.